

1720.

1. Wesenfeld, Arnoldus: De tribus statibus principis.

1721.

1. Dithmarus, Iohannes Christopherus: De legati primi et secundi ordinis.

2. Dithmarus, Iohannes Christopherus: De iure albinagii

3. Goelcke, Andreas Ottomarus: De dysenteria corrupta cum salute aegri in integrum restituenda.

4. Kuhhorn, Daniel: Imperatoris R. Poloniani testis institutionum iuri's contenta, in tabulis delineata.

1722.

Plesmannus, Henricus Simon: De consolidacione fund' et aedifici in Pomerania, praesertim ulteriori.

1723.

1. Danckw, Joh. Stephanus: De linea his processus Marchiarum curia communis et Saxonicus collati.

2. Goelcke, Andreas Ottomarus: De emulsione mercurii.

3. Hoffmannus, Christianus Gottfried: De iuris canonici praesertim in causis publicis S. R. imperii
4. Hoffmann, Christian Gottfried: eröffnet in einer Kurzges  
Nachricht seines Kunfliges Herrn Auditoris, wie er  
in Lectionibus publicis et privatis . . . über alle partes  
iuri praeceptor . . . yr verfahren gesomen sey.
5. Hoffmannus, Christian Gottfried: Ordinis de dupliciti  
juri praeceptor, superficiaria, obsoleta et solidiss.  
dicta in Austria Petropol, cum ordinarii Fac. iur. Sac  
rum . . . auspice archiv.
6. Hoffmannus, Christian Gottfried: De fundamantibus  
variantibus in doctrina de matrimonio opiniōnum  
dissentientibus et prelectiones in priores titulos libro IV  
decretalium: de sponsib; et matrimonio mortali.
7. Spoz, Cijes Prostglues, &c: De natura vasallagie et sub  
jectionis in territoriis S. R. imperii 2 Encycl. 1723  
et 1739.

1724.

- 1<sup>a</sup> Dithmarus, Thales Christopha : De abdicatione  
regnum aliarumque dignitatum illustrissimorum  
secularium quae ecclesiasticarum. Denuo
2. Hoffmannus, Christianus Gorperi : De origine et jure  
septemtrionis . . .
3. Kuhstornius, Daniel : De genuina et legali probatore  
erroris
4. Trier, Iohann Wolfgang : Pragmatica de difficultate  
inveniendae proportionis aliquae ordinis inter ipsa con-  
currentia
5. Trier, Iohann Wolfgang .. De secononia iures
6. Leijer, Polycarpus ; Observata diplomatico-historica  
de 1723, quae Technicus Imp. ex proscenio iuris latti-  
num impente suppedita. (cf. Helveticus 1724.)

P. 206.

R

E

J

190

Althausen. Schloss. In der Nähe  
der Stadt befindet sich ein großer  
Teich, der durch einen kleinen  
Wald von der Stadt trennt. Der  
Teich ist sehr tief und hat  
eine Länge von mehreren  
Hundert Metern und eine Breite  
von etwa 50 Metern. Er ist von  
einem kleinen Fluss gespeist, der  
aus dem Wald kommt und in den  
Teich mündet. Der Teich ist  
sehr ruhig und klar. Auf dem  
Teich schwimmen verschiedene  
Fische wie Forellen, Karpfen und  
Krebsen. Am Ufer des Teiches  
wächst viel Gras und es gibt  
auch einige Bäume wie Eichen  
und Buchen. Der Teich ist ein  
guter Platz für Angler und  
Fischer. Es gibt auch  
einige Bootshäuser am Ufer.  
Der Teich ist ein beliebtes  
Ausflugsziel für die Einwohner  
der Stadt und der Umgebung.

20. 1721. 3 16. 4  
DISPUTATIO MEDICO-PRACTICA INAUGURALIS

DE

# Dysenteria corrupta cum salute aegri in inte- grum restituenda,

Quam

IN ALMA VIADRINA

Ex DECRETO GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE  
SUB PRAESIDIO

RECTORIS MAGNIFICI

DN. ANDREAE OTTOMARI  
GOELICKE,

Med. D. & Profesforis Publici Ordinarii,  
h. t. Facultatis suae Decani,

*Promotoris sui omni observantiae cultu prosequendi.*

PRO GRADU DOCTORALI

Summisque in arte medica honoribus, Juribus ac Privi-  
legiis legitime impetrandis,

In AUDITORIO MAJORI horis ante & pomeridianis

*ad d. VII. Junii Anni M DCC XXI,*

publicae disquisitioni exponet

JOH. CASPAR. ZUR EICKEN,

Huxaria - Westphalus,  
Medic. Practicus,

---

FRANCOF. cis VIADR. Typis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII.

DIE TUTATION WEDICO HUMGIOA INACQUILAS

DIE AUGUSTEING COLLUBSA

cum iun*g* des*t*i*n* i*n* u*ne*

gunt*u* n*u*nc*u*nd*u*

aun*u* n*u*nd*u*

EST DESPECTOGUIN SUCCUSATURA MUNDRIA

sund*u* n*u*nd*u*

AUSTARA NULLA MUNDRIA

sund*u* n*u*nd*u*

DIE AUSTARA COMMURA

sund*u* n*u*nd*u*

GURRORGE

sund*u* n*u*nd*u*



## PROOEMIUM.



Estes rerumpublicarum  
sunt praeter legulejos &  
tabulas audax atq; te-  
meraria *medicastrorum*  
& *agyrtarum* turba. Ut  
enim illi Clientum suorum causas, licet  
optimas, misere pervertendo, duram  
saepe illis necessitatem imponunt, *resti-*  
*tutionem in integrum quaerendi;* Ita non  
minus proterva horum audacia efficitur,  
ut legitimo morbi successu, ob per-  
versam medicandi rationem, turbato  
& universa ejus indole corrupta, rebus-  
que aegrotantium ita in transversum a-  
ctis, auxilia demum peritiorum inq;

A 2                    clinica

clinica praxi versatiorum implorare co-  
gantur, qui res eorundem labefactatas  
omnique intuitu in pejus vergentes e-  
mendent, &, si possibile, *in integrum*  
*restituant*. Excitavit haec res non se-  
mel profundam in me admirationem,  
cur plerumque miseri mortales, qui cae-  
teroquin in aliis civilibus negotiis tan-  
ta cum circumspectione atque provi-  
dentia gerere sese solent, ut ne ollulam  
quidem prius, quam tñitu ejusdem bo-  
nitatem exploraverint, coëmant, in re-  
bus tamen ad vitae sanitatisq; *conserva-*  
*tionem* vel *restitutionem* pertinentibus  
tanta cum oscitantia, incuria atq; ne-  
gligentia versentur, ut cuilibet arde-  
lioni pretiosissimos hosce concredant  
thesauros, non perpendentes, *bis* pae-  
*illis* longe praesentius imminere pericu-  
lum, cum illi, rabulis & legulejis cau-

cilio

S A

fas

sas suas committendo, ut plurimum nullam graviorem, quam pecuniae, minimum salva cuticula, patientur jacturam, *hi* vero, facultatum suarum amissione pessime mulctati, ipsius saepenumero vitae gravissimum faciant dispensidium, aut saltem in diuturnos & vix in posterum expugnabiles languores tandem conjiciantur. Specimina harum rerum è longinquo petere, non est necesse; Abundat talibus quotidiana praxis medica pariter atque chirurgica, quae quippe plura, quam artis decori expediat, exempla subministrat talium morborum, qui praeter nativam suam indolem, perversis perversorum medicorum artificiis ita sui in succedendi ratione turbantur, pervertuntur, imo depravantur atq; *corrumpuntur*, ut profecto admodum raro *restitutionis* in inte-

grum ulla rationalis spes adfulgeret,  
nisi, quae summi Numinis benignitas  
est, securiora quaedam atq; efficaciora  
tam media quam remedia suppeterent,  
quibus anomalias undecunque coortas  
tempestive corrigere & prava conse-  
ctaria p<sup>r</sup>aeoccupare liceret. Sufficiat  
nobis hac vice solo tantum *dysenteriae*  
exemplo ostendisse, quam variis illa sua  
in succedēdi ratione *depravationibus* atq;  
*corruptionibus*, in primis artificialibus ex-  
posita sit, quales etiam, experientia mul-  
tiplici teste, brevi temporis spatio fu-  
nesta consec<sup>t</sup>aria pedissequa habere  
confueverunt, nisi peritus rerumq; sua-  
rum satagens *Practicus clinicus* p<sup>r</sup>aef-  
tentissimo rerum suarum discrimine ae-  
grotantes ejusmodi corruptos expedi-  
verit pristinaeq; suae integritati resti-  
tuerit. Unde profecto anxie disqui-  
ren.

rendum mihi non fuit, quodnam *Dissertationis* meae *Inauguralis* argumen-  
 tum eligerem, cum nuperrima dysente-  
 ria, quae certe non paucos incolarum  
 urbis hujus *epidemice* invaserat, sat nu-  
 merosas suppeditaverit nobis observa-  
 tiones & historias praktico-clinicas, ex  
 quibus clare perspicere licuit, stragem,  
 quam edidit, vel pravas, quas reliquit,  
 consequentias, non sane ipsi fluxui dy-  
 senterico, qua tali, sed immaturis poti-  
 us & praeposteris non minus consiliis  
 quam auxiliis medicis tribuendas fu-  
 isse. Quare haud plane inutilem su-  
 scepturos nos esse laborem confidimus,  
 si brevibus atque succinctis thesibus  
*practice* monstraverimus, qua ratione  
*dysenteria* undecunq;*turbata, depravata,*  
*uno verbo corrupta, cum salute aegri ita*  
*redintegrari seu restitui debeat, ut prava*  
*quae-*

quaevis consectaria, ante omnia vero  
funestus successus & eventus praeca-  
veantur. Imploramus eum in finem  
Divini Numinis gratiam, ut suo nobis  
subsidio adesse dignetur, quo in ae-  
grotantium commodum atq; emolu-  
mentum thema propositum condigne  
evolvere queamus !

## §. L

**A**Bsonum foret multisque modis a scopo  
nostro alienum, si pro more recepto ex-  
tra oleas hic vagari, atq; de etymologia,  
exquista & ad Logices regulas exacta  
dyfenteriae definitione ejusdemq; divisi-  
one, de diversis causarum generibus, signis tam  
diagnosticis quam prognosticis deque methodo  
medendi generali &c. prolixè differere vellemus,  
quae quippe omnia millies jam ab aliis non sine le-  
ctoris taedio cocta atque decocta sunt, ut certe a  
nobis recoqui omnium minime mereantur. Nec  
perspicimus, quid lucis themati nostro foeneratu-  
rae sint speculations physicae de vera atque genu-  
ina materiae peccantis indole, quam nonnulli ab-  
solute acidam, alii vero alcalinam esse contendunt,  
de aethere peregrino, miasmate contagioso, fer-  
mento acri, de obstructionibus &c. Quae quippe  
omnia

omnia gratuitis tantum adsertionibus nituntur,  
 & scopum vere medicum ne eminus quidem feriunt. Fundamentum longe solidius dicendis sub-  
 sternet, si observationes quaedam practico-clini-  
 cae, circa lectos dysentericorum factae, in memo-  
 riā revocentur, ex quibus quippe longe eviden-  
 tius, quam ex quibusunque longius petitis theo-  
 reticis contemplationibus patebit, quam variis mo-  
 dis dysenteria, non solum benignior illa atque sim-  
 plior, cum magna, ut vulgo loquuntur, maligni-  
 tate non aequē complicata, sed & potissimum mali-  
 gnior illa, cum febre inflammatoria conjuncta, per-  
 versa medicatione suo in successu ita turbari inque  
 heteroclitas anomalias conjici possit ac soleat, ut, nisi  
 tempestive hae cum solemini fluxus dysenterici re-  
 vocatione in ordinem fuerint redactae, brevi fune-  
 stus eventus fuerit subsecutus.

## §. II.

Id vero cum plerisque, in primis illis, qui fallā  
 theoria cerebrum habent repletum, paradoxon vi-  
 deri posset; Merebitur utique operae pretium, si  
 contra vulgarem scholarum medicarum doctrinam  
 haec duo in antecessum solide evicerimus: Quo-  
 rum primum est: Dysenteriam non esse *adfectum ab-  
 solute morbidum*, & tota sua indole *praeternaturalē*,  
 sed inter *criticas* potius *eccrisēs*, utili ac salutari fine  
 a natura susceptas, suum jure locum tueri; Quod  
 non inde tantum liquet, quia evacuatione hac legi-  
 time decurrente, nec alicunde turbata, pristinae san-  
 itati cum plenaria euphoria restituuntur, sed & ea-  
 dem intempestive suppressa atque adeo corrupto  
 sanguine retento, certissime pereunt aegrotantes:  
 Cum inflamatio, quae in principio *eryspelacea* tan-

B

tum

tum erat, in phlegmonoden, deinde in gangraenam tandemque in sphacelum insuperabilem transeat. Alterum, quod eadem cum priori evidentia atque certitudine radiat, in eo consistit; Quod fluxus ille alvi dysentericus nullo modo a putatitia quadam intestinorum laevitate, laxitate, toni debilitatione vel plenaria atonia dependeat, atque adeo mere tantum passus sit: Verum potius, quod universus illus actus excretorius motibus, ultra proportionem & gradum naturalem auctis, active administretur eoq; fine ac scopo suscipiatur, ut acri, caustica materia quantocysus ejecta, ab intimiore sive putrefactoria & sphacelosa sive ulceratoria saltē corruptione intestina praeſerventur.

## §. III.

Unde dysenteria, genuino sui sensu aestimata reapse nihil aliud est, quam *critica ecclisis*, consistens maximam partem non tam aeque in copiosa semper, quam frequenti potius materiae primum tenuis & albugineae vel leviter flavescentis, deinde vero dilutioris, loturam quasi carnium aemulantis, vel sinceri plane sanguinis, tandemque substantiarum mucido-ulcerofarum vel omnino caruncularum & fructulorum quorundam, abrasas veluti intestinorum tunicas mentientium refectione, una cum exquisitissimis ventris torminibus & coniunctis cum illis praecordiorum anxietatibus, tenesmo & morsu in intestino recto, adipitus viriumque dejectione, febri subinde benigniore subinde vero inflammatoria, siti, aliasque pro individuorum, temperamentorum aliarumque circumstantiarum accidentalium ratione atque habitudine diversa, symptomatis, salutari intentione, fine atq; scopo susce-

suscepta atque motibus intestinorum peristalticis, ultra ordinariam & naturalem proportionem auctis, administrata, ut acri caustica materia eadem liberata, suam texturam structuramque atque adeo ipsam quoque functionem salvam, integrum atque incolumem praestent & retineant.

## §. IV.

*Activam esse, criticam & salutari consilio suscep-  
tam hanc alvinam evacuationem sive potius ex-  
pressionem excrementorum modo mucidorum,  
modo vero variorum, cruore plus minus perfuso-  
rum, atque adeo nullam hic laxitatem vel atoni-  
cam intestinorum debilitatem in censum venire  
posse, universa circumstantiarum, adfectum stipan-  
tium, historia satis evidenter comprobat. Quid  
enim vehementissima ventris tormenta seu dolores  
lancinantes, tendentes & interiora quasi distrahen-  
tes aliud denotant, quam stricturas tonicas auctas  
& versus fistulam intestinalem specialissime dire-  
ctas, ut, quod corpori inimicum est & praesentem  
eidem noxam minatur, per communem corporis  
cloacam ejiciatur & exturbetur? Suntque utpluri-  
mum istae torsiones tanto exquisitiores ac violentio-  
res, quo major materiae peccantis activitas est,  
quae quippe ex fermentativo-acri indole in causo-  
deam subinde transit, qua deinde intestinorum tu-  
nicas erodendi &, ut cadaverum sectiones mon-  
strant, hic & illic perforandi, sicque vere passivum  
sanguinis effluxum cum pernicie aegri fuscitandi  
potentiam adquirit. Ad eundem plane finem, ma-  
teriae nempe caufoeae vel plane causticae vege-  
tam ad intestina propensionem & excisionem  
praestandam, conspirat quoque febris plus minus*

exquisita, reliquis quoq; circumstantiis suam huc symbolam conferentibus ; Quam etiam ob rationem dysenterici rigore quodam vel horrore, corpus percurfante, quandoque remissiore, quandoq; vero intensiore, cum phlogosibus tamen & aestibus volaticis alternante, corripiuntur, habitus corporis cum vasis sanguineis intercurrentibus constringitur, facies pallore occupatur & ipsa quoque urina parcus mingitur, imo in totalem subinde suppressionem transit.

## §. V.

Praemittenda haec ideo fuere, ut intelligatur, praecipuum justi atq; salutaris dysenteriae successus artificium in modesta non solum motuum excretoriorum, impetu, excessu & frequentia peccantium commoderatione vel deficientium aut saltem languentium moderata extimulatione, sed ipsius quoq; materiae acris & causticae contemperatione, correctione & alteratione confistere. Unde dispalescit, naturam & indolem fluxus hujus dysenterici ita comparatam esse, ut facilissimo negotio tam levioribus erroribus in diaeta & regimine commissis, quam etiam crassioribus artificiis medicis, in primis sensibilius adstrictoriis, ita turbari, invertiri, depravari, suoq; in successu corrupti possit ac soleat, ut salutaris eventus loco varias heteroclitas anomalies & lethalem tandem exitum fortifiatur, nisi ad tempestivam restitutionem animus Practici adplicetur.

## §. VI.

Quae proinde consideratio prono passu nos deducit ad contemplandum varios modos, quibus dysen-

dysenteria, non tam ex interiore sui indole, quam  
potius ex perversa administratione five *diaetetica*  
five *medica* suo in decursu ita pervertitur atque *cor-*  
*rumpitur*, ut ad plenariam adfectus revocationem cum  
salute aegrotantis instituendam difficilis medenti  
pateat reditus, licet propterea non omnis plane  
spes decollaverit, posse *dysenteriam* ita *corruptam* arti-  
ficialiter ita redintegrari, ut non modo fontica  
symptomata praeoccupentur, sed & lethalis omnino  
effectus & eventus avertatur.

## §. VII.

Occurunt in hoc remediorum, fluxum hunc  
alvinum *turbandi* vel *corrumpendi* vi pollutum ge-  
nere primum *emetica*; Quanquam enim non igno-  
remus, *vomitum* subinde *Spontaneum* sub initium dy-  
senteriae complicatum toti adfectui sublevando,  
quin praeoccupando inservire, potissimum si a fru-  
ctuum horraeorum abusu ortum suum traxerit,  
atque adeo suspicio non vana subsit, multas in ven-  
triculo cruditates esse coacervatas: Aliter tamen  
cum vomitu artificialiter suscitato res sese habet,  
in primis si & malum sit adulterius & per contagium  
communicatum; Unde ejusmodi vomitoria non  
solum patientes nihil sublevant, sed & insuper ma-  
joris in ventriculo laefionis suspicionem praebent.  
Id quod ideo mirandum non est; Quia natura in  
toto adfectus decursu nunquam ad *anotericam*, utro-  
biq; vero ad *catorericam* evacuationem inclinat, cuius  
proinde ductum constanter sequi artificem decet.  
Quam etiam ob rationem radicis *Ipecacuanhae* usus  
ubique tutus non est, nisi potius *catarcticum* quam  
*emeticum*, vel saltem du bium, nempe *emetico-catarcti-*

*cum effectum producat, qualiscunq; tandem virtus specifica, anti-dysenterica, ista in radice quaeratur.*

## §. VIII.

Pari cum *emeticiis* passu *cataractica*, in primis *vehementiora, draftice operantia, colocynthiaca, aloetica & scammoniata &c.* ambulant, quae quippe *peristalsim* intestinorum jam satis irritatam, immodeste stimulando, magis adhuc incitant, & motus excretorios impetu & frequenter jam peccantes, augent eoque ipso placidum evacuationis negotium *pervertunt* atque *corrumpunt*: Ubi e contra *laxantia rhabarbarina* vel simpliciter tantum *alstergentia* longe tutiorem post se effectum relinquunt.

## §. IX.

Eadem *corrumpendi* infamia notantur etiam a Praeteticis peritoribus *sudorifera & alexipharmacæ calidiora, spirituosa, resinosa acria, volatilia atq; oleosa concentrata, inflammationem quippe & febrim conjunctam, augentia*; Licet alio intuitu *diaphnoica* atq; *diaphoretica* non omnino inutilia sint, ad eliminandum nempe miasmata subtilia, fermentativo-acria, per contagium sanguini humoribusque communicata: Unde melius semper habent dysenterici, si leni potius madore peripheria corporis occupetur, quam si contraria strictura & sensu horridulo hinc surgente percellatur.

## §. X.

Tanto vero alieniora hic sunt, quinimo parem cum *sudoriferis* effectum producunt *diuretica*, acria in primis atque stimulantia; A tali namque evacuationis genere naturam in totum abhorrere, praeter alia parcior simul atque impeditior urinarum successus

cessus, qui quandoque ad totalem suppressionem adsurgit, manifeste monstrat. Quem enim alium, quam strictiorum tonicum in renibus, ureteribus reliquisque se- & excretioni liquoris obscoeni servientibus organis effectum producerent diuretica calidiora? Et si hoc modo ad incongrua evacuatoria invitentur motus, nihil profecto aliud expectare inde licet, quam *confusionem* & *corruptionem* motuum, qui in hoc affectuum genere toti ad fistulam intestinalis directi atque destinati sunt.

## §. XI.

Nec immerito refrigerantium tam potulentorum quam medicamentorum usus internus a plerisque solertioribus Practicis damnatur; Quia tormina ventris augent, malum exasperant, & *motus excretorios turbando* salutarem dysenteriae successum intercipiunt: Quam etiam ob causam solum frigus externum improvide admissum, dysentericis usque a deo inimicum & nocivum est; Id quod ex *contrario* patere facile potest; Quia, si pedibus eorundem lagenae, aqua calida repleatae follicite admoveantur, sellae itidem ollula pari modo instrueta supponatur totumque corpus, quotiescumque surgendi necessitas incumbit aegrotantibus, vestimentis probe cooperiatur, tormina ventris non tantum mitescere, sed & ipsius fluxus ferociam pariter atque frequentiam sensum imminui, deprehendetur.

## §. XII.

De *opiatis* ne ipsi quidem eorundem fautores dubitant, quin praeposterus & inconsideratus eorundem usus motibus excretoriis in dysenteriae principio pervertendis, quin cohibendis ac suppri mendis

mendis atque adeo necroſi & sphacelosae intestinorum corruptioni promovendae viam ſternat, ſenſum nempe obtundendo ipsamque naturam ad agendum legniorem reddendo : Aliter vero de illis ſentiendum eſt, in quibus materiales prius laefiones debite fuerint remotae : Teſtatur namque *Magnificus D.D. Praeses*, in ultima dysenteria ſaepius expertum ſe eſſe, tantum abſuſſe, ut opia tempeſtive exhibita ſuccesui dysenterico ullum objecrinent obſtaculum vel praecuditum, ut potius praeter laudanum opiatum, tineturam opii imo ipsum plane opium ſimplici tantum aqua exſolutum, per vetuſtae illae, quae in Officinis adhucdum proſtant, compositiones, uti ſunt theriaca *Andromachi*, *Mithridatum*, inprimis vero *diascordium Fracastorii*, cum vino rhenano antiquo atque generoſo, calido tamen, exhibitum, in conſopiendis non modo alvi torminibus, ſed & motibus excretoriis nimium exacerbatis commoderandis & ad qualemcunq; tranquillitatem pacatioremque ſtatutum reducendis eximie plane ſeſe geſſerint ; Quem eundem quoque effectum maſſae pilularum de cynogloſſa, verſus horas potiſſimum vespertinas propinatae, vindicare nullus dubitat.

## §. XII.

Nihil vero eſt, quod praefentiore polleat energia motus ſalutares excretorios turbandi, imo ſimultaneo ſaepius auctu ſiftendi atque ſupprimendi, quam *adſtrigentia*, ante ſeptimum inprimis diem exhibita, & quidem non tantummodo crasfiora illa, quae ſenſibilius motum fibrarum intestinalium tonicum adſciunt, uti ſunt radices biſtortae atq; tormentillae, alumen

alumén crudum, terraē bolares, sigillata, crocus  
 martis adstringens, colcothar vitrioli & alia talia:  
 Sed & ea, quae subtilius tantummodo tonum alte-  
 rant, uti sunt corallia rubra, crystallus montana &  
 pulvis pannonicus ruber, in quo praeter adstringe-  
 riā efficaciam multi Practicorum insuper alexi-  
 pharmacam vim frustra hucusq; quaesiverē: Quae  
 omnia tamen tanto nocentiora sunt, quo altiores  
 malum dysentericum egit radices, & quo certius  
 est, non tam a materiali vitio in diaeta commisso,  
 quam potius a contagio ortum illud suum traxisse.  
 Id quod eo magis mirandum est, quo certius Pra-  
 ctici comprehendunt, non tantum nullam talium  
*positive* stringenū remediōrum in dysenteria uti-  
 litatem vel necessitatem, sed ne quidem ullam eo-  
 rum indicationem esse. Interea damna ex intem-  
 pestiva tali fluxuum alvinorum turbatione, *corru-*  
*ptione*, quin totali suppressione oriunda, non sunt  
 exigua: In nonnullis enim, in quibus in principio  
 statim simul ac semel dysenteria fuit suppressa, an-  
 xiētates cardialgicae, syncope, aestus interiorum,  
 frigus exteriorum, singultus, gangraena, sphacelus  
 &c. citatis pasibus consequuntur; In aliis vero, flu-  
 xu jam altius progresso & firmius radicato foe-  
 dam scabiem, ulcerosas defoedationes, cacheēticum  
 & subinde atrophicum statum, oedemata pedum,  
 aliaq; mala & incommoda habent pedis equa. Malo  
 vero senescente vel jam in declinatione constituto  
 sub-adstringentibus, vel rectius loquendo, tonicis,  
 aliquem utique locum concedendum esse, nemo  
 facile contradixerit.

Nec denique in censu caufarum, dysenteriam suo in successu *depravantium* vel *corrumpentium* simplex omittenda est *amethodia*, seu perversa medendi methodus, quae, quo a vera curandi ratione, quae quippe in juvando spontaneo naturae concursum, promovendis scilicet, post praecedentem materialium corruptarum correctionem, secretionibus & excretionibus consistit, longius recedit, eo plerumque graviora mala consequuntur. Neque vero corrupta talis dysenteria peritum Practicum diu latere potest: Praeterquam enim, quod universalis dysphoria & ingratus languor, totum corpus occupans, vestigia legat, nonnunquam etiam aphthae complicantur & longius subinde terminus, quo ad finem suum deproperat, extendi solet, cum alias a primo statim invasionis tempore legitimate tractata dysenteria vix ultra diem decimum quartum vel vigesimum primum perdurare soleat.

## §. XIV.

Plures alios *corruptionum* modos, quibus dysenteria suo in decursu turbari, in varias heteroclitas ataxias conjici sicq; pessimis consequentiis ansam subministrare potest ac solet, hac vice silentio lubens praetermitto. Ponamus jam casum, medicum ad ejusmodi *dysentericum corruptum*, in quo fluxus alvinus vel *omnino* vel *ex parte* cum interiorum ardore, febrilibus commotionibus auctis aliisque accidentibus est suppressus, a lyocari, non immerito, quid factu opus sit, quaeritur? *Magnificus D D. Praeses*, cui in nuperima dysenteria *epidemica* complures ejusmodi casus sua in praxi occurrerunt,

nil

nihil hic salutarius, nihil ad imminentium malorum progressum intercipiendum praesentius & efficacius esse deprehendit, quam ipsius fluxus *revectionem* seu *restitutionem in integrum*: Ita tamen, ut in *dysenteria* tali *corrupta* ad duo haec rerum momenta omnem, quam poterat, adipicaret operam, nempe non solummodo ad ipsius *materiae corruptae* *correctiōnem* & *alterationem*, sed ipsorum praecipue motuum excretiorum resuscitationem & exstimulationem; Ubi tamen ingenue fatetur, longe plures in praxi casus ipsi obversatos esse, ubi *motus* potius, quam *materiae* qualemcumque *depravationem* incurreunt, quales etiam *corruptiones*, motus adficiētes, tanto fuere periculosiores, quo certius est, hos contra morbidam materiem *actīve* directos esse & totius salvationem sine vegeta *corruptarum* talium *materiarum* excusione obtineri non posse. Existimat itaque, utrique intentioni pari attentione invigilandum esse; Quia motibus in qualemunque languorem conjectis vel plane intempestive suppressis, materia, quae jam antea acredine causodea laborabat, mora ac diurniore sui detentione magis adhuc exaltabitur, depravabitur & in longe pejorem indolem convertetur, ut sic omni sua, qua pollet, efficacia in intestinorum substantiam conversa vel putredinoso - sphacelosa vel ulceratoria corruptio iisdem inducatur.

## §. XV.

Ne vero pravi tales effectus cum certissima dysentericorum pernicie invalecant, materiae profundius impactae & quasi incuneatae, correctione opus est; Quia, nisi de novo praepararetur & ad

C 2

fecesi-

secessionem pariter ac excretionem habilis denuo aptaque redderetur, difficulter motibus & exstimationibus obsecundaret. Cum autem *specificis corrigentibus* & *alterantibus* hoc in passu adhucdum defituamur, *abstergentibus* salinis, v.g. cremore tartari, arcano duplicito, tartaro vitriolato, sale polychreste aliisque talibus qualiscunque materiae corruptae praeparatio expedienda est.

## §. XVI.

Frustra tamen ex hac materiae mobilitate seu aptitudine ac dispositione ad motum, actualis motus expectatur, nisi ipsa quoque natura, quae sibi relicta, excretionis negotium nunquam sponte suscepturna est, exstimuletur & ad agendum suscitetur, quod sit leni ac modesto stimulo Intestinis admoto, exhibita nempe una vel altera dosi pilularum *Stahlianarum* vel *Beccherianarum* vel aliarum *polychrestarum*, quas in illarum defectu prudens Practicus succenturiare illis potest. Eadem scopo, refusciando nempe fluxui dysenterico, ex commendatione *Boylei* inservit quoq; mercurius dulcis idemq; rhabarbarina in substantia exhibita praestant. Neq; vero terrere quenquam debet, quod ingenti *dysenteria* a nonnullis allegatur, legis scilicet *Aquiliae* actione peti posse eum, qui *dysentericum corruptum* purgandi consilium susciperet: Sancte enim testor, hanc me methodum nunquam fecellisse, sed optatum ubiq; habuisse successum, cum ex numerolis, quos, *in tempore vocatus*, tractavi, patientibus, ne ullus unicus mortuus fuerit. Notabiliter dico; *in tempore:* Quod si enim res dysentericorum jam usque adeo desperatae inque summum discrimen adductae fuerint,

(21)

rint, ut gangraena in sphacelum mox transitura  
videatur, irritum foret, *restitutionem in integrum* cum  
salute aegri expectare velle.

§. XVII.

Dolores ventris, restituto fluxu, nihil efficacius demulxit *Diascordia Fracastorii*, in vino rhenano antiquo versus horas somni calide exhibito, cuius etiam unum vel alterum scyphum inter prandendum vel coenandum, non obstante febrili commotione, ut plurimum complicata, permisi, tantumq; abest, ut febris aucta fuerit, ut potius ferocia pariter ac frequentia dejectionum alvinarum inde remiserit. Tonum intestinorum labefactatum restituerunt tandem essentia absinthii composita, corticum aurantiorum, carminativa Wedelii, gentianae rubrae & corticum cascarillae. Alio profecto prolixiori remediorum adparatu vix fuit opus: Quod compluribus exemplis, observationibus & historiis practico-clinicis confirmare facile possem, si *Dissertationis* hujus limites longius extendere consultum judicarem. Quare unum vel alterum tantum allegare sufficiat.

§. XVIII.

Vir honestus sanguineo-plethoricus, quadragenario paulo major, qui, ut ipse met recordabatur, proxime elapsa aestate servidissima multum cerevisiae gelidae, ad situm aestumque restinguendum ingurgitaverat, reliquo interim corpore sudoribus diffluente & noctu imprimis negligentius cooperito, in dysenteriam ibidem locorum tunc temporis gravans tem sit incidit; Primit diebus dejectiones erant

C 3

qui-

quidem copiosae atque frequentes, tormina tamen  
 ita tolerabilia, ut orthostadiam quomodo cunque  
 servare posset aeger; Circa quintum vero diem su-  
 bito incipiunt imminui excretiones, at non modo  
 citra solitam euphoriam, sed contra cum anxietat-  
 um cardialgicarum, sensus circa interiora urentis,  
 sudorum anxiorum aliorumque symptomatum au-  
 gmento; Mittitur ad me & consilium subsidiumq;  
 meum expetitur. Veniens per volvo schedulas &  
 medicamenta, quibus usus fuerat aegrotans, explo-  
 ro, eoque in examine deprehendo, plerisque for-  
 mulis pulverulentis mediocrem dosin *pulveris panno-*  
*nici rubri* adjectam fuisse, sine dubio ob vim *alexipharmacam*, quam complures Praetorium in illo  
 comminiscuntur. Suspicio, istam quidem tragoe-  
 diam solum lusisse *pulverem pannonicum rubrum*, suoq;  
 in successu inde turbaram, depravatam atque *corru-*  
*ptam* fuisse dysenteriam; Quare suadeo, ut fluxus  
 alvi quantocvus revocetur & in integrum restitua-  
 tur, eumque in finem quindecim pilulas polychre-  
 stas commendo atque praescribo: Quae sententia  
 cum & aegrotanti, & amicis, &, quod mirandum,  
 ipsis quoq; medicis praesentibus ingenti παραδόξια,  
 quin manifesta propemodum absurditate laborare  
 videretur, ut locum inveniret, vix potui impetrare.  
 Tandem dicto audiens, consensit aeger, & novem  
 pilulas in potu Caffeé dissolutas, ut praesentiores  
 ederent effectum, adsumit, eaque nocte quadra-  
 ginta minimum sedes habuit, remisit successive in-  
 teriorum aestus, cum torminibus ventris, ipsae  
 quoque dejectiones sensim fuerunt imminutae &  
 sic in integrum tandem simplici hoc artificio resti-  
 tutas


tutus fuit patiens, qui paulo ante ancipiti fortunae  
vitam suam exposuisse videbatur.

§. XIX.

Addo alium casum. Foemina honesta, vi-  
dua, tenera admodum & macilenta, triginta & ali-  
quot annorum a dysenteria epidemica se se praefe-  
rvatura, alioquin sat bene se habens, a medico  
domestico petit purgans, quod praeter ingentia  
ventris tormenta complures etiam sedes excitavit,  
ut admodum inde debilitata sibi videretur; Brevi  
post corripitur dysenteria tam vehementi, ut pri-  
mis diebus sellam deferere vix posset, ad cuius im-  
perum refraenandum terrae bolares reliquis non  
aeque contemnendis remediis admixtae erant, suc-  
cessu tamen usq; adeo infelici, ut gangraenae pro-  
xima videretur aegra. In dubio tali statu meum  
quoque expetitur consilium, quod cum patienti  
denegare neque possem neque vellem, commendavi  
iterum dosin unam vel alteram pilularum poly-  
chrestarum, eo cum successu, ut fluxu dysenterico  
feliciter restituto, aliquot horarum spatio pleraque  
symptomata de sua vehementia remitterent; Ipse  
vero fluxus vix duorum mensium spatio omnino  
cessavit & diuturnum languorem cum tumoribus  
oedematosis pedum habuit pedissequum, quae ta-  
men aliaque symptomata superata tandem fuerunt,  
ut constanti & inconcussa sanitate hodieque perfru-  
atur. Ancilla vero, quae foeminae dysentericae  
ministraverat, per contagium eodem quoque ma-  
lo correpta, quarto affectus die ad plures migra-  
vit,

vit, posteaquam bonam dosin pulveris tormentillae proprio auſu adsumserat. Quae fata innumeros alios iſta epidemica constitutione habuiffe, memori adhuc mente tenemus. Defino plura, quae praxis facile subministraret, exempla allegare, atq; consultius duco, dissertationis vela contrahere dicendique finem hic facere.

**FINIS.**




Frankfurt a. O., Diss., 7720-24



3

f

56.



B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO MEDICO-PRACTICA INAUGURALIS  
DE  
**Dysenteria corrupta**  
**cum salute aegri in inte-**  
**grum restituenda,**  
Quam  
**IN ALMA VIADRINA**  
Ex DECRETO GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE  
SUB PRAESIDIO  
*RECTORIS MAGNIFICI*  
**DN. ANDREAE OTTOMARI**  
**GOELICKE,**

Med. D. & Professoris Publici Ordinarii,  
h. t. Facultatis suae Decani,  
*Promotoris sui omni observantiae cultu prosequendi.*

PRO GRADU DOCTORALI  
Summisque in arte medica honoribus, Juribus ac Priviliegiis legitime impetrandis,

In AUDITORIO MAJORI horis ante & pomeridianis  
*ad d. VII. Junii Anni M DCC XXI,*  
publicae disquisitioni exponet

**JOH. CASPAR. ZUR EICKEN,**  
Huxaria-Westphalus,  
Medic. Practicus.

FRANCOF. cis VIADR. Typis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII.

